



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Melos, Sive Oda De Nuptiis VVolfgangi Rechlinger, Caroli
VVolfgangi F. Patricij Augustani, Sponsi nobilissimi: Et
Euphrosynae Hainzeliae, Magni illius Ioan. Baptistae
Septemviri F. Patriciae ...**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1582

Ad Ioan, Henricum, & Io. Baptistam, & Io. Fridericum Hainzelios, Patr.
August. Sponsae Fratres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12450

Ad Ioan, Henricum, & Io
Baptistam, & Io. Fridericum Hainzelios,
Patr. August, Sponsæ Fratres.

Non eadem fortuna, nec est fors vna dierum:

Tempestas eadem nec solet esse diu.

Ipsa dies pia nunc mater, nunc dira nouerca est:

Post tenebras lux, post nubila Phæbus adest.

Omnia tempus habent: luctus, & gaudia secum,

Sed vice fert grata, proxima quæque dies.

Namque voluptatis comes est dolor: vnaq; sortet

Fert Iouis, vna bonas, altera plena malas,

Post luctum sic læta refert modò gaudia vobis

Fausa dies, versu concelebranda meo:

Qua soror EUPHROSYNE VVOLF-

(GANGO cara mariti

Nubit, Acidalia pulcior Euphrosyna:

Exemptum morum magnum, castique pudoris,

Ac decus: & sexus gloria magna sui.

Sic RECHLINGERA cum gente HAIN-

(ZELIA fœdus

Gens init, & pactum connubiale facit.

Gratulor, & si quid possum, mea pectora cara,

Largiter ex animo iam bona verba precor:

Gaudia ne luctus, vel mœror amaricet vllus:

Et, quod cœpistis, sic benè cedat opus.

Ad